UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXCVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

12 Fallit quādo una ſcriptura habet relationem ad aliam, quia una ſine alia fidem non facit, ſecundum Bal. in l. inciuile nu. 3. ff. de legib. ratio quia una per aliam recepit fidem & credulitatem. Ita Bal. in l. ſi quis. §. ſi initium. nu. 1. ff. de edendo.

13 Fallit quoque quando eſſent plures ſcripturæ factæ ab eadem perſona, ſeu chirographa, quia illa utique præualet quæ ultimo loco celebrata & confecta eſt, ſecundum Bal. in l. ſi quis. nu. 1. ff. de uulg. & pupil. quia ultima derogant priori iuribus uulgar. ꝙ tu nota, ea quæ dixi ſupra regula 185.

REGVLA CXCVI.

1 Solutio triennalis facta in tempore præterito de tributo, cenſu: aut canone arguit & præſumptionem inducit ꝙ anteriori tempore ſemper ſoluerit. Ita Bar. in l. penult. C. de apoch. pub. l. 10. Iaſ. in l. i. ff. de off. e. cui mand. eſt iuris. Franc. Crem. ſing. 80. Idem Iaſ. in l. ij. in uerſi. repellere circa medium. C. de iure emphit. Bal. in l. inter debitorem. uerſi. extra quæro. ff. de pact. Boer. q. 236. nu. 6. col. 5. uerſi. or. qui tribus annis.

1 Amplia. hoc idem in materia affictus, nam qui per triennium continuum ſoluit affictum præſumptio inſurgit, ꝙ anteriori tempore etiam ſoluerit affictus præteritos, & hoc ex forma ſtatutorum Paduæ in reg. 19. cap. 4. de liuellariis, & agricolis, & Tar. in lib. 2. tractat. 7. cap. 8. ꝙ nota propter.

2 Amplia. in emphiteota eccleſiæ qui ſi ſoluit pēſionem ſolitam per decennium præſumitur ex talibus ſolutionibus emphiteota. Ita Bal. in l. i. col. 5. uerſi. pone quidam ſoluit. Bar. in l. ſi certis annis. col. 4. C. de pact. Ang. in l. qui aliena. in princ. ff. de acquir. hæredit. ſpec. in tit. de locat. §. nunc aliqua uerſi. 142. Abb. conſi. 64. nu. 5. Deci. conſi. 286. num. 3.